

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

39. Menstruum auctum Guidonis

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

maiores addideris ariditatem unctuoſo Vini phil. ſpiritu. Guido ſuum circulatum minus confecerat ex ſalis vini parte una & ſpiritus vini partibus quatuor; Circulatum vero majus componit ex ſalis vini partibus duabus, & ſpiritus vini partibus tribus. Quo major ſalis quantitas ſumitur, eo fortius fit circulatum. Circulata minora extrahunt rerum eſſentias ſive tincturas; at circulata majora diſſolvunt corpus totum in magiſterium, quemadmodum apparebit libro ſecundo.

Menſtraa vegetabilia compoſita fiunt etiam, ſi menſtraa vegetabilia ſimplicia ſumantur, loco ſpiritus vini phil. in omnium illorum deſcriptionibus. Ita fit

### 39. Menſtrum acutum Guidonis, Pag. 8. Theſauri. Chym.

Re. **M**ENſtrui vegetabilis (circulati minoris ſub No. 36. deſcripti) libram unam, ſalis armoniaci (communis) uncias duodecim, deſtilla per retortam primo leni igne, deinde fortiori, & ſal armoniacum pro parte aſcendet, reafunde, & deſtilla adhuc ſemel. Tum iterum adde uncias duodecim novi ſalis armoniaci, deſtilla fortiter ex cineribus, reafunde & cohoba adhuc bis, & habebis menſtrum noſtrum acutum.

Sal armoniacum vini phil. ſpiritu redactum in liquidam ſubſtantiam, menſtrum eſt quarti generis, at idem ſal cum circulato minore Guidonis deſtillatum, menſtrum fit non ſimplex, ſed compoſitum, eoque preſtantius, ob tantam novi ſalis armoniaci quantitatem additam. Pariſinus in tertio menſtruorum genere ſpiritum Vini phil. acuit melle crudo; quo modo fit menſtrum ſimplex hujus generis, fit autem compoſitum, ſi ſali ſuo fixo permisceatur, & deſtilletur per alembicum.

### 40. Coelum majus Pariſini, In Apertorio.

Re. **B**. Id eſt vinum rubeum putrefactum, ut ſcis; pone in cucurbita vitrea cum ſuo alembico & recipiente bene